

Mercurius latronum Numen.

Perpende, Deus latronum apud Antiquos colebatur Mercurius, cuius imaginem videris apud Vincent. Chartarium fol. 220. de Imagin. Deorum. (Mendacis colum infamare conantur, & mercedem stupri inter sidera collocare, dicam cum Hieronymo in cap. 5. Amos) Huius imaginibus sacrificabantur lingua victimarum, uti observarunt Chartar. ubi supr. Martian. Capella, Natalis Comes lib. 1. cap. 10. & Pierius Valerianus lib. 33. cap. 40. Aptè enim cedit lingua sospiranti scelera. Congruè coherent, inbrumentum vocis, & malitia silentij iniquitatis: lingua & noxa: igitur qui commisit flagitium, licet habeat Hermetem, habet & iudicem.

August.

14. Incredibilis insania est (ait August. in Psalm. 50.) de alligatura erubescere, & de vulnere non erubescere. Profectò insania: igitur nemo nisi infans alligaturam reuigil, dum perpetitur vulnus. Peccatum non potest latere Deum. Ipse est medicus: contemini Domino, quoniam bonus, ne pateat, si pateat vulnus. Quæretur peccatum & non inuenietur; quippe exhumatum à silentio, in sepulchro oblivionis confessione sepelitur. In cæternis iudicijs, post confessionem confusio, & pena (proferet Chrylost. Serm. de Penitentia, & Conf.) in diuino, merces iustitia, virtus, & absolutio: iccirco Psalter suspirans ait: Confitemini Domino, quoniam bonus: ne quis veritus penam post confessionem, neget peccata. Perpende. Merces & iustitia in iudicio Divino, & Confusio & pena in civili profano. Hic qui confessus crimen, nihil habet præter confusionem; illic remissio fit criminis, per mercedem confessionis: & est merces & iustitia, liquidem per confessionem remittuntur peccata.

Secles laet, si pater in confessione.

Pl. 9. 15.

Chyl.

15. Quis enim basilicum fovet in pe-

In iudicio diuino post confessio nem absolutio.

store, si vivere cupit? Projiciat peccatum viperam, uti fecit Paulus, in ignem penititudinis, & nihil mali patitur præcordijs: aïas intumescet veneno, & expirabit tubido. Nunc de alijs, atque alijs sonat undique in auribus nostris (ait August. lib. 1. Confes. cap. 11.) sine illum, faciat quod vult: & tamen in salutem corporis non dicimus sine videretur amplius, nondum enim sanatus est. Cras fiet, quod urget hodie? Medicinam insignem huic pestifera fiducia adhibet Patriarcha N. Benedictus cap. 4. S. Regul. infirmum. 47. Mortem (inquit) quotidie suspectam habere. Suspectam: igitur dum latet, subito irruit: & de die crastino nullatenus cogitabit, qui non habet hodie. Nescis homo, quod te manet fatum. Magnum est salutis momentum. In quibus actibus vocabere, oportet exactam rationem reddere iudici. Velis, nolis, Cras est periculum: iter factum, quod faciendam: haud perceller animam, quod cogitas ut futurum. Obrepat mors: obrepat. Semper est inopinatè tempestiva, quæ fuit suspecta. Hodie cogites quæ cras, ut bene tibi sit, accedenti lucenam ante tenebras mortis: sed peperam, cuiusque cras, quæ hodie: nec videt lucenam antequam extinguatur pressura temporis. Malè vives, dum morieris. Serum est, additum morti incipere vitam: stolidum sanè confidere tempori, qui non habet auram. Unde ut vidimus supr. num. 1.

Ad. 267

August.

S. Benedicti. Cur dicitur Mort suspecta

Sit factam ut bene sit quod cogitatur faciendam.

Mart.

Ovven.

Ille sapit quisquis, vixit heri. Ingenioseque Ovven. lib. 3. Epigram. 50. Hoc quod adest Hædie, quod nomen habebat Heri? Cras. Cras hodie quodnam nomen habebit? Heri. Cras lentum quod adest nunquam, nec adest procul unquam. Quonam appelleret nomine cras? Hodie.



TAUTO-

TAUTOLOGIA QUINTA. MORTE MORIERIS.

Genes. 2. vers. 17.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 STA Enim est lex Adam, & via universa carnis post peccatum, uti dicitur 2. Reg. 7. 19. & 3. Reg. 2. 2. Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem? Psalm. 88. 49. Quid sis? Quid optas? Perdis operam. Eò ibi, quod omnia eunt. Quid tibi novum est? Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta, & nullà mutabilis ope, illigat, atque trahit cuncta. Ita disertè Seneca Epist. 77. Testamentum enim huius mundi (quale? dicit Sirachus cap. 14. 12.) Morte morietur. Testamentum est, & irrevocabile. Statutum est hominibus semel mori. Nemo tam imperitus est (ait Stoicus ubi sup.) ut nesciat sibi, quandoque moriendum. Morti igitur devoventur omnia, imò etiam ipsa sepulchra. Mireremur perisse homines? Monumenta fatiscunt. Mors etiam saxis, nominibusque venit. Canit Antonius Epigram. 34. Inven. Satyr. 10. v. 146. Quandoquidem data sunt ipsi quoque fata sepulchris. Et Rutilius Numatianus, Non indignemur mortalia corpora solvi: Cernimus exemplis oppida posse mori. Quid mirum? Possunt ipsa sepulchra mori. Etiam ipsa mors postremò moritura: Osee 13. v. 14. & Tragic. in Hercules. Octavo, Act. 3. v. 1113. Certos atque obitus trahet, Atque omnes pariter Deas Perdet Mors aliqua, & Chaos. Et mors fata novissima In se constituit sibi.

2. Reg. 7. 19. 3. Reg. 2. 2. Senec.

Eccl. 12. 12. Senec.

Auson.

Iuven.

Rutil.

Seneg.

Per peccatum ergo mors, & per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Protoplasto quidem inungitur (vel ut obedientia exerceatur, sicut placet Gregorio Magno, lib. 35. Moral. cap. 10. vel ut servitus hominis, & supremum Dei dominium denotetur, ut intendit Augustinus lib. 8. de Genes. ad lit. cap. 11.) præter naturalem, & supernaturalem, lex Divina privata & specialis (sicut Abrahæ de immolatione filij) ut abstererit ab usu ligni scientiæ boni & mali: ita ut si reverentia Legislatoris, excellentia auctoritatis, atque sponso mercedis aviditatem animi ab interdicta arbore minime coercerent; supplicia indubitato comminata, & infligenda, audaciam prævaricatoris revocarent: & ne crederet terrorem tantum esse præceptum, allèverat Deus Adamo certocertius moriturum, dicens: In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Graphice igitur Marius Victor lib. 1. Genes. vers. 3. 19.

Car Deus Adamo proceptum inposuit privatum Gregor. Magn. Augustin.

Gen. 2. 17.

Mar. Vid.

Spondet adbus maiora bonis, & præmia servat. Qui causam meritis statuat, cum vesceve, alixit, Arboribus cunctis: hanc tantum horrere memento, Quæ diversarum gestans examina vernon, Tunc vos scisse bonum, morsu cum laesa profano, Nolle malum faciet, mortis quod pena sequatur, Tali lege data, ratio docet alta parentis Quod non mortalem fieri, sed vivere dignum Esse hominem voluit, dignum observantia paros Quem faceret. Ante

Ante potestatem tantum ferreque, marisque
Nactus iras: nunc iam regni, vitaeque perennis,
Nunc O mortis habes. Tunc ut sibi cuncta parentem
Indulxisse pium rudis incola crederet orbis, &c.

Alcimus Avitus haud degere elegancia, lib. 1. de Origine Mund. v. 309. suaviter accinit;

Sumite concessas fruges, & carpite poma:
Hic operis dulci studio secura quiescat,
Deliciisque fruens longaevo in tempore vita.
Est tamen in medio nemoris, quod cernitis arbor
Notitiam recti, praevigil in germine portans:
Huius ab accessu vetitum restringite tacitum,
Ne vos forte premat temeraria disceve cura,
Quae prohibet doctor: melius nescire, beatis
Quod quaevisse noet. Testor quem fecimus orbem,
Quodsi quis vetitum decerpit ab arbore pomum
Audax commissum mortis discrimine pendet,
Non immensa loquor: facilis custodia recti.
Servator vitam, mortem temerator habebit.

Alcim:
Avia,

Ecce Cyprianus, vel Tertull. in tua Genesi v. 67.

Ne trepidate simul licitos praecepere fructus,
Quos nemus intonsum ramo frendente creavit;
Soliciti ne forte malum noxiale legatis,
Quod viret ex gemino discreta ad munia succo.

Cyprian.

Ac denique Hilarius Picaviensis in Genes. v. 125.

O felix animal, summi cui dextra Tonantis
Est Pater! O felix nimum qui ducis Olympo
Et genus & formam! Si te non noxia terra
Decipiant vitia, & non blandus subruat error,
Numen eris, caeloque redux mirabere regna,
Qua promissa bonis fido pater exhibet ore.

Hilar.

Huiusmodi historia latuit Profanos Auctores; qui quidem scitoli de principio Mundi, & Hominis ita inepte ratiocinia, & sonia prom plere; ut verè, dum perperam, ac intentum ab stolidis viderentur attingere. Ne dicta ab alijs inculcem sentia Stoicorum videlicet apud Iustum Lipsium toto lib. 2. & 3. Physiologiae. Allusionem qualemquam in hortis Alcinoi (de quibus Virgilius Georg. 2. Ovid. lib. 2. Metamor. lib. 1. Amor. Eleg. 10. Martial. lib. 4. Epigram. 64. & lib. 10. Epig. 94. Statius lib. 1. Silvar. 2. v. 81.

Horti Alcinoi.

Status.

Idem Iuvenal. Satyr. 15. v. 15. & Plin. lib. 19. cap. 5. Etiam apud Sacros passim. Tertullianus de Pallio, cap. 3. Ac Gregor. Nazianzenus in Carm. ad Vitalianum: Alcinoi mensa est lucundior hortu.

Tertull.
Gregor.
Nazianz.

Allusionem inquam, paradisi, divicis horti, a quo draco exulabat, in Alcinoi pomario apud Homerum invenio Odyss. 7. ubi.

Ibi magna creverunt arbores, longa
Piri, & punice, & mali fructuosa,
Ficusque dulces, & olive longe,
Quarum nunquam fructus perit, nec intermittit,
Hyeme & aestate perennans: quin semper aura
Zephyrea flans alia gignit, alia coquit:
Pirum post pirum senescit, & malum post malum,
Et uva post uvam, & ficus post ficum.

Homer.

Fabula de
Paradiso.
Aelian.

Alia diximus in Exposit. liter. Tautol. 3. num. 1. 2. Felicitas verò incolarum describitur ab Aeliano lib. 3. de Var. Histor. cap. 18. Pios igitur (inquit) in pace vitam agere, & amplissimis opibus, fructum de terra capere sine aratri, & bobus; agricultura, seminationeque nihil eis opus esse. A morbis immunes sunt, atque suum tempus in suavissimo risu, & voluptate consumunt. Adeo verò sine controversa instituta colunt, ut per sepe Dij quoque immortales non dedignantur illorum uti commercio. Ibidem igitur rudi periculo, &

crasso

crasso arborem Vitae, Scientiaeque boni, & mali, Silenus quidam quasi per umbram expressit. Perpenderit, quippe later sub falsa historia, & cultu nuda veritas. Ad utrumque (inquit) litus arbores sitas esse magnitudinis platani magne. Quae ad sumum tristitia sunt, eiusdem natura, ac potestatis fructus producere. Si quis his vescatur, cum tantum eiecere laebrymarum, ut per universa vite reliquum tempus, stertibus, luctibusque distuat, & sic vitam finiat. (Experimur ergo toxica fructus interdicti exules filij Eve, & flentes in hac lachrymarum valle, quando pomi noxialis morsu in mortem corrui.) Alteras verò quae suavo Voluptatis agnoscentur, fructum contrarium ferre. Qui enim hunc gustat, ab omnibus pristinis cupiditatibus abducitur, etsi quem amavit, in eius oblivionem venit, paulatimque fit iunior, atque precedentem aetatem, & iam transactam retrò agit, & resumit, abscessit a senectù ad vigorem aetatis revertitur, deinde adolescentiam induit, tum pueritiam: postremo fit infans, & sic denique expirat. Haecenus Silenus apud Aelianum, vigil somnia-vic, & buccis crepantibus Mida proposuit.

Arboris
scientiae bo-
ni, & mali.

Idem.

Vite ligni.

Iustitiam.

Plura alia conficta à Poetis calliditate daemone, ut vera tradita in Sacris Literis abdicerentur, vide apud Iustinum Martyrem Apolog. 2. pro Christianis. Haecine gratia Conditoris Hesperidum mala largientis, quae quidem si viderentur levia, praenimia benevolentia profundaret & potiora. Caterum (Proh dolor!)

Postquam primus homo vetito se pascere ligno,
Non timuit, captusque dolis se praebuit angui,
Stat reus & nudus, deiecto lumine, vestem
Implorans, Dominumque fugit, cultumque recondit.
Culpa comes sequitur, peccato obnoxia vita.
Nascitur hinc proles peccati, germinat inde
Deterior soboles multo, peiorque priore
Progenies sequitur, gradibus ad crimina crescens.

Hilar.

Lapsus boni
munda.

Haec Hilarius Picav. ubi supr. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Adhuc vivens morte moritur, & moriens haud lentè properat in sepulchrum. O Adam! Stultitia est plus sapere, quam oportet sapere. Stultitia sapientia est:

Furor — ne moriari, mori.

Rebus in angustiis facile est contemnere vitam;

Fortiter ille facit, qui miser esse potest;

Mart.

Sic igitur intentum Martialis lib. 2. Epigram. 80. & lib. 11. 57. atque acumen ad utiliora sarcasmo, filius hominis delecto. Infandum igitur renovemus dolorem. Morie morieris.

3. Aliqui asserunt isthac geminatione nominis verbalis & verbi, mortem violentam, aut iudicariam in Scriptura praenari. Ita Philo Iudaeus lib. 1. Allegor. Quo sensu Exod. 10. 17. ubi: Rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat à me mortem istam; intelligere debemus per Mortem istam, plagam istam. Et Apocal. cap. 6. 8. Interficere, gladio, fame, & morte, & bestiis terra: Ly Interficere morte, idem est, ac plagà aliqua. Haud aliter quis nisi morte moritur: verum enim verò cum additur Morte, mortis genus per vim externam significatur, non per destinationem, quo Hebraismo exprimi uluvenit mors naturalis: ut dicitur Genes. 25. Desiciens mortuus est. Sic itaque canit Otho Vanius Emblem. 117. Amor.

Phil.
Exod.

Apoc.

Quid mori
mori et Pri-
mo
Gen. 25. 8.

Quandiu funis erit, tandiu quoque flamma manebit:

Deficiente etiam formite flamma perit.

Crudelis sic verus Amor nisi morte peribit,

Qui potis est vita deficiente mori.

Oth. Ven.

Mortis violenta siccaque discrimen exprimitur à Ieremia, tum cap. 15. 2. cum cap. 43. 11. ubi dicit: Haec dicit Dominus: qui ad mortem, ad mortem: qui ad gladium, ad gladium: qui ad famem, ad famem: qui ad captivitatem, ad captivitatem. Omnes ergo devovendi sunt fato: alius sic, alius verò sic. Alius morte naturali, alius plaga, alius gladio, alius fame, alius denique miserà captivitate diem extremum infeliciter obibit.

Ierem.

Fateor Philonicum ratiocinium interdum legi capitali congruere. Ita Genes. 26. 11. dicitur: Qui tetigerit hominis huius uxorem, morte moriatur. Item Exod. 19. 12. Levitic. 20. 2. & 1. Reg. 14. 44. alisque mille locis: at non absolute, & temper, ut liquet praesenti periodo: igitur non solum Primis Parentibus, sed in illis, etiam posteris interdicta fuit arbor scientiae boni, & mali: nihilominus tamen illi, & plerique nostrum naturali morte dormierunt, & dormiunt.

Genes.

Non significat
morte
violenta.

4 Tandem (ut opinor) hic portenditur debitum mortis, modo Adamus prescriptum fronte audaci transgrediat, aut necessitas moriendi. Ideo asseveranter dicitur: *Mors morieris*. Haec namque geminationes per adverbium, gerundium, participium, vel nomen verbale exaggerant effectum, & verbi primarii signanter augent significatum: de quo Nos in *Prolog. Galeat.* late egimus. Interpres ergo meditanter hic indicat: siquidem quando geminatio tantum usus est, vel idiotisimus, poniturque gratia ornatus, aut modi loquendi: sedulo pratermittit. Hoc enim cap. v. 16. legit: *Ex omni ligno paradisi comede*: cum in Hebr. fit: *Comedendo comede*. Et v. 17. *De ligno autem scientia boni, & mali ne comedas*: ubi Varabl. *Ne comedendo comedas*. Ceterum dum Tautologiae aliquid mysterij subest; proprietatem, & congenitam dialectum retinet lingua, ut patet praefixis auctoritatibus: ubi per epitaum aliquid magnam dicitur, praeter id, quod verbis nudis exponitur. Occurrit etiam saepe apud Profanos: de femina nava, procerza, atque pulcherrima dixit Aristophanes:

Forma formosa, magna magnitudine, artifex arte.
Haud debite, ut par erat, arbitratu est, nisi Tautologiae dispositionem formae, venustati aequae magnitudinem, ac promptum ingenium virginis, seu viraginis explicari. Hinc *Mors morieris* nihil amplius indicat, quam *Indubitato morieris*. Sic Delrius hic, *Certissimi morieris*, & Villalpand. in cap. 3. *Ezech.* v. 18. unde Strozius.

Morte mori melius, quam vitam ducere mortis.
Idest, mori indubitanter, quam vivere laboriose. Ideo Salomon, ut pueri, de quo lisorta, incolumitatem tellaretur, protulit: *Dato huic infantem vivum, non occidatur*. Quod d. vivus profecto huic tradatur mulieri, quae vere cognita mater. Explicat igitur Salomon in geminatione firmitudinem sententiae.

5 Alter etiam dixerit idem Martin. Delrius tom. 1. *Adagiolum*, imo ex Diametro: si quidem minime per epitaum, aut exaggerationem periodum interpretatur, sed per *Lyptoten*, quo schemate, deficientibus verbis ad propositi magnitudinem aptis, subintelliguntur plura, quam promantur, & reconditiora, quam indicant utaque signata exilia verba: ut Pfalm. 118. v. 37. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem*: idest, ne videant idolum. Egimus de hoc schemate in *Prolog. Galeat.* §. 6. num. 1. Vide pulchra apud Ludov. La-Cerda *Georg. lib. 3. & lib. 1. Eniad.* Super ly *Illaudati Bursidali*, & *Non ignara mala*. Eodem ergo sensu (estis extremo malo, exili, ac pertenui verbo) tot mala nunciantur Adamo ita ut si caperata fronte immemor futurorum tetigerit lignum scientiae, super illum pluant calamitates, ac denique moriatur saturatus armis. Quapropter haud differte in quolibet praedictorum modo, possunt concipi verba. *Morte morieris*. Quod d. Certocius morieris, & non tantum morieris, sed gravissima plagam morieris, vel quod etiam te laet, haud solum morte, sed etiam vitam morieris, extorquentibus lente doloribus auram vitalem, & summis cruciatibus intime praeventibus mortem. Siquidem *Melior est mors, quam vita amara*: uti dicitur *Eccli. 30. 17.* Dracontius de *Opere sex dier.* v. 277. ait:

At vita, mortisque simul sententia fertur;
Pena mortis crudelis erat, sed videre penam;
Seneca vero Tragicus in *Hippol. Act. 2.* v. 548.
Inveni artes bellicus Mavors novas,
Et mille formas mortis.

Ac in *Thebaide*, Act. 1. v. 151.
Ubique mors est: optime hoc cavet Deus;
Eripere vitam nemo non homini potest;
Ac nemo mortem: mille ad hanc aditus patent;

Quis horum dicendi modus ardet: est enim & consonus rationi, & stat fulcro venustissimo Sacrae Paginae: cum quippe per mortem intelligitur molestia, tum quia, per vitam exprimitur vita iucunda. Utrumque delicato.

6 Primum, siquidem mors, cum non sit aliud, quam separatio animae a corpore; evenit tanquam poena transgressionis. Proin corpus, de qua sumptum, revertetur in terram; cum si pestilens illabata gratia, transferendum fuisset cum anima in gloriam. Minime, o Adam, sat criminis poenae, separatio animae a corpore: etiam modus erit acer, quippe haud morieris placide, sed invite, quod profecto est *Mori morte*. Ideo Agag Rex Amalec oblatu Samueli, dixit: (1. Reg. 15. 32.) *Siccine separati amara mors?* Et *Eccli. 41. v. 1.* *O mors, quam amara est memoria tua!* Quo pacto Dracontius ubi sup. v. 287.

Et vita mors poena datur cum sine malorum.

Secund.

Genes. Hebr. Varabl.

Sed firmitas sententiae.

Aristoph.

Delrius. Villalpand. Stroz.

9. Reg. 5. 27.

Tertio. Pfalm.

La-Cerda.

Nomine mortis omnia mala proponuntur. Eccli. Dracont.

Senec.

Idem.

Quarto.

Mori morte est mori invit.

Dracont.

Qui modus dicitur a Seneca Tragic. in *Thebaide*. Act. 1. v. 47. *Mors tota*: idest, separatio animae a corpore cum acriori amaritudine.

Omitte penas languidas longa morte,
Mortemque totam admittite.

Quam ob rem lib. 1. *Epigram.* 97. Epicharmum quendam, qui sine dolore cupiebat mori, Ovvenus ridet, ita carpens:

Cur non vis, Epicharme, mori, sed mortuus esse?
Vis, Epicharme, mori, sed sine morte mori.
Fert mortem dolor: aufert mors optata dolorem,
Est igitur peior morte, Epicharme, dolor.

Patet perspicue sensu acumen; ubi mors sumitur pro dolore: *Vis mori*, inquit, sed *Sine morte mori*: idest, animam a corpore separari, sine separationis vehementi naturali amaritudine.

Secundum, scilicet, quod vita accipiatur pro vita iucunda, praeter quae diximus Didascalij *Tautolog.* praeced. & in *Liter.* num. 23. & 25. constabit factum. Vivit, qui iucunde vivit: aliter, viventes appellatur mortui. Ideo dicitur, *Mortui super terram*, qui misere vivunt; & *Mortui sub terra*, qui vitam confugarunt: hique, ut distinguantur a mortuis viventibus infeliciter, geminatione explicari solent: ut fecit Sophocles in *Ancigone*, dicens: *Defunctus mortuus.*

Quapropter in decreto *Morte morieris*, sensus comminationis est; morieris in morte, quia mortalis, legis temerator efficiaris: & etiam morieris in vita, quod est mori morte, quia miserrime vives.

7 Hac enim explanatione haud incongrue intelliguntur alia huic assinia testimonia. *Plal.* 117. 17. dicitur: *Non moriar, sed vivam*. Idest, iucunde vivam. *Deuter.* 33. 6. *Vivat Ruben, & non moriatur*. Nimicum, nequaquam morietur; quin etiam feliciter vivet. Eodem sensu *Ezech.* 18. 21. *Vita vivet, non morietur*: & *Genes.* 43. 8. *Ut possimus vivere, ne moriamur nos*. Elcas nempe in huiusmodi penuria comparemus, & ne moriamur fame, & etiam ut possimus iucunde vivere. Ita quoque illud *Numer.* 4. 19. *Ut vivant, & non moriantur*. Sic alia innumera. Vita prospera, & cum honore plauditur vita. Itecirco ubi *Vulgata* 3. *Reg.* 1. v. 5. *Adonias elevabatur, dicens: Ego regnabo* Hebr. legit: *A diebus eius*. Quod ita Caeterans inibi interpretatur: *Refertur ad dies, quibus Adonias fecit haec*. *Evant enim hi dies tanquam dies Adoniae, utpote ad exaltationem illius ordinati*. Haud aliter *Ierem.* 52. ubi dicitur: *Ufus in diem mortis suae, cunctis diebus vita eius*. Quod d. *Ufus in diem mortis suae*, incolumitas, *Cunctis diebus vita eius* (idest honoris, & apud Regem, & Satrapas auctoritatis) dignitas conservetur. Vide hic *Didase.* 8. num. 3. Sine honore vita mors vitalis, ut astruximus *Tautolog.* 4. *Didase.* 18. Hoc enim prompte intelligitur illud 3. *Reg.* 21. *Non vivit Naboth, sed mortuus est*. Idest, non tantum illius mortua vita, sed etiam extincta fama.

8 Priusquam quid de Tautologiae sensu cogitaverim, aperiarn, haud omittendum autumavi, multoties in Sacro eloquio nomine mortis, peccatum accipit. *Daniel.* cap. 13. 22. *Si enim hoc egero, mors mihi est*. Idest, delinquo, ut patet verbi, seq. *Olee* cap. 13. 1. *Delinquit in Baal, & mortuus est*. Idest, peccavit. *Sic Luc.* 15. 24. *Filius meus mortuus erat, & revixit*. Et *Ezech.* 18. 32. *Nolo mortem morientis, nimirum peccatoris*. Utitur Scriptura phrase eleganti, exprimens peccatum veram mortem; siquidem per peccatum mors: & neutiquam mors, quamvis mors obreperet, sine peccato. Ideo *David Pfalm.* 43. 20. inquit: *Cooperuit nos umbra mortis*. Idest, mortalitas tantum. *Quos enim constat* (ait noster *Gregorius lib. 4. Moral.* cap. 17.) *non spiritus, sed sola carne mori, nequaquam se vera morte, sed umbra mortis dicuntur operiri*. Et *Brunus Herbipolenf.* *Episcop.* in *Pfalm.* 43. ait: *Hac mors umbra mortis, & non mors, licet morti destinemur, sicut oves occisionis*. *Rupertus lib. 2. in Hsaiam cap. 19. De terra viventium: de terra inquam, non morientium, sive non mortuorum morte peccati*. Ac denique *Angul.* tract. 49. in *Ioan.* *Infirmas haec non est ad mortem, sed ad miraculum; quia ipsa mors non erat ad mortem*. *Morte* igitur, *Adame, morieris*, modo peccaveris. *Morieris* mente, & morieris corpore. Sed de hoc subinde.

9 Iam ergo clare delicabitur testimonium. *Morte morieris*. Minime quia Primiparentes illic de clem gustaverunt, expiraverint, ac purpurea morte sublatis fuerint, ut aliqui vacui cerebri somniant, arbitranter Adamum eodem die, imo eodem ipso momento reipsa mortuum, iuxta conditionem decreti lati: *In quoecumque die comederis*. *Conful.* *Augustinum lib. 13. Civ. Dei*, cap. 23. *Gregorium lib. 5. epist.* 14. *Ireneum lib. 5. adversi.*
Tom. I. Taut. Y Harv.

Senec.

Ovven.

Summo dolore.

Quinto.

Mori non vivere iucunde. Sopocl.

Secundo.

Dies iucundi dicuntur dies.

Ierem. 52.

Secundo.

1. Reg. 21.

Vita sine honore est mori vitalis.

Octavo.

Mori sine peccato umbra est mortis.

Adamus vbi est mortuus eodem die, quo de ligno gestavit.

Heref. Novarin. in Umbra Virginis Excurs. 18. num. 210. & Alphonf. à Castro adverb. Heref. Verb. Adam. Heref. 4. In hac igitur sententia duntaxat indicatur necessitas moriendi in eo, quem fecerat Dominus inexterminabilem, ut dicitur Sapient. cap. 2. 23. & statuit Concilium Milevitanum cap. 1. Debitum morti Adamus, & uxor eius contraxerunt transgressione, corruptionis dedititij, ac Deitatis immortalis similitudinem vividiorum, quam acceperant, appetentes. Unde ea ipsa hora merito cœperunt esse mortali. Ita Theodoretus hic, quaest. 38. Augustin. lib. 2. de Genes. ad lit. cap. 23. Leonardus Marius hic, num. 61. Bonfrerius, Pererius, Alapide, Mariana, & Emmam. Saa. Fere omnes Societatis Iesu clarissima lumina.

Sed morti obnoxii.

Non.

Mori & ab absentia vite, & à vite qualitate Gregor. Mago.

Gregor.

Defenditur Doct. Mag. nus à lycophanta.

Decimò.

Quomodo Adamus mortuus est etiam morte corporis

Undecimò.

Manil.

Senec.

Mortuus dicitur destitutus mortis. Daniel. 1. Reg.

Bernard.

Duodecimò.

10 Morte morieris. Duplex mors portenditur, animæ scilicet & corporis: culpa, & pena. Duplex ergo mors: & physica, & moralis. Hac enim per amissionem gratiæ: illa vero per destructionem totius compositi. De utraque loquitur Deus, & qua caro separatur ab anima, & qua anima alienatur à Deo. Sicut enim corpus vivit ex anima, ita anima, ut beatè vivat, vivit ex Deo: quod quidem optimè N. Gregorius expressit his verbis: *Sciendum est, quia mors duobus accidit modis: aut absentia vivendi, aut à qualitate vivendi. In hoc ergo quòd comedendo vetitum, eius anima dicitur mortua; non absentia vivendi, sed à qualitate vivendi, ut postmodum viveret in pena, qui ad hoc creatus fuerat, ut beatè viveret in lætitia.* Q. d. Non tantum (ò Adam!) prævaricatione morieris; sed morte morieris secundum exteriorem, & interiorem hominem: morieris morte; quia reus mortis corporis, & animæ.

Verba Gregorij in medium statui, ut mens tanti Doctõris legenti innotescat: siquidem perperam (gratuletur non dicere Impie) Ellius intelligit Gregorium lib. 5. Epist. 14. (ubi illa verba) de sola animæ morte loquentem: quippe dicit ibidem: *Quo in corpore mortuus non est, novimus, quia post hoc filios genuit, atque annis multis vixit.* Si Ellius adderet *Illud*, intelligeret Doctorem magnum. Nec ire poterat: iubar Ecclesiæ, Pontificum decus, & Spiritus Sancti ductus, quod Nos non ignoramus? Cap. 5. Genes. 5. de Adamo dictum: *Et mortuus est.* Duo intendit Doctõr, & Pontifex Summus. Haud quòd Proprietas mortuus non est, sed quòd statim ac pomum gustavit, corporaliter non est mortuus; ut aliqui Heterodoxi, de quo numero præcedenti egimus, delirij dixerunt. Hoc subintelligebatur: retitabat Pelagij hæresis, asserentis, nos vacuè à Christo redemptos; quia in anima Adami mortui non sumus. Utrumque errorem refutat. Primum (scilicet, mortuum illud horæ Adamum) dicens: *Quia post hoc filios genuit, atque annis multis vixit.* Secundum, (videlicet, animam Adami non fuisse mortuam, & nos in ipso) quia mors non accipienda *Ab absentia vivendi, sed à qualitate vivendi, ut postmodum viveret in pena, qui ad hoc creatus fuerat, ut beatè viveret in lætitia.* Videat Gregorium, & Cato improbus non accedat. Haud inelegans Gregorij doctrina, ut pro lubito deturpet lycophanta. Morte igitur animæ reipsa mortuus est Adamus, transgrediens legem: morte enim corporis vel illo instanti, quoad debitum & necessitatem: quoad actum verò, cum Deo placeret, sententiam mortis antè latam exequi.

11 Si velis, intelligi etiam mortem corporalem in actu, sanè potes: Numerus mensuratum apud Deum est: ac ex die, quo comedit, cepit mori; quippequam ex destinatis diebus deficiebat, quicquid temporis vixerat. Nos ex quo nascimur, mori incipimus: nam ut canit Manilius lib. 4. Astron. v. 39.

Nascentes morimur: finisque ab origine pendet. Cui nasci contingit, restat mori. Lex vestis est, quæ iubet mori, si decrevit nasci. Apud Senec. in Hercules, Octavo: v. 1095. Act. 3.

Nulli non avidas polo Parcas flamina necesse, Quod natum est, poterit mori.

Qui certè sensus alienus non est à Sacris folijs: altritur plerumque factum, quod incipit fieri. *Ece mortior*, dixit Susanna Daniel. 13. 43. & Ionathas 1. Reg. 14. 43. quoniam morti destinati erant. Pari enim modo de Adamo dici potest, quod mortuus est, quia morti obstrictus erat, & vita ipsa incipiebat mori. Adci, igitur proderit, Expositores ad illud Zachar. 1. v. 12. *Iste iam septuagesimus annus est:* maxime Riberam, & Sanctiann. Pugnantis inter se perpetuò humoribus, & clementis; statim ac concepti ducimur in interitum carnis, & sequimur mortalitatem illorum, de quibus apposite Bernardus Homil. 2. super Missus est, dicit: *Peremptores prius hominum, quam progenitores effecti.*

12 Vel intellige Morte morieris; quia (quanvis mortalis es) conditus) citò morieris,

ris, quam debebas mori. *Morieris*, quia mortalis efficieris: & *Morieris morte*, quia Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Psalm. 54. 24. Subtrahitur igitur vita, quicquid temporis citrà legem indulgetur voluptati. Deficiunt in vanitate dies, & anni cum festinatione. Sed de hoc latè in Didascalij, & Tom. 3. Tautolog. 8. Sicut econtrà iuxta legem viventium *Dies pleni* dicuntur. Psalm. 72. 16. Unde de Abraham Genes. 25. 8. dicitur: *Deficiens mortuus est in senectute bona, provelleque atatis, & plenus dierum.* Idem de Isaac, ibid. cap. 35. 29.

Subtrahitur vita quicquid vite conditur voluntati.

Dies pleni qualiter

13 Hæc cogitaveram pro dilucidatione Pleonasmij, sed pro meo captu altior, & literalis intelligentia auctoritatis occurrit. Pro qua sciendum, quòd sicut quandoque actus primus sumitur pro actu secundo patiter actus secundus exprimitur pro actu primo: id est, pro habitu, seu facultate agendi actio ipsa, sive exercitium facultatis. Patet Luc. 1. 34. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Id est, non possum cognoscere. Genes. 3. 2. *De fructu lignarum, quæ sunt in paradiso vescimur.* Hoc est, possumus vesci. Itai. 53. 3. *Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum:* nimirum, non erat spectabilis, neque desiderabilis. Daniel. 1. 4. *Eruditus omni sapientia, ætutus sententia, & doctus disciplina.* Id est, eruditibilis, docibiles. Pater clarius Itai. 54. 13. ubi, *Univerfos filios tuos doctos à Domino:* cuius auctoritatis meminit Christus, exponens Ioann. 6. 45. *Erant omnes docibiles Dei.* Sic dicitur crebro *Locus inaccessus, pro inaccessibili:* *Incomprehensa bonitas, pro incomprehensibili:* *Iudex incorruptus, iunior docilis, hostis conritus, sicutus damnatus.* Quocirca Virgilius Georgic. 3. v. 5.

Actio pro agendi facultate.

Luc. Genes. 3. Itai. Daniele Ioann.

Aut illudati nescit Enfiridis aris. Illudati, id est, illudabilis, non nominandi, sed abominandi: uti liquet, & notat Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 7. Nosque in Prolog. Galeat. 9. 6. num. 1.

Virgile

Micat iam germanior sensus decreti lati in deturpatorem divinæ legis. *Morte morieris.* Peccavit, & non est mortuus. Quid ergo? Adamus igitur dicitur mortuus, quia prævaricans, in ipso instanti est mortalis effectus. Quapropter Symmachus vertit: *Mortalis eris Arabic.* Meraberis mori. Tradius est (ait Valenus de Sacra Philosoph. cap. 6.) *homo sue mortalitati.* Mortalis creatus est quoad potentiam, sed poterat legis observatione non mori. Inobediencia lapsus est ita ab immortalitatis felicissimo statu, ut in hac misera & miserabili vita, non tantum habeat *Posse mori*, sed *non posse non mori*, uti observat Magist. Sent. in 2. dist. 19. siquidem mortalis factus est, constrictus morti, alijque incommodis, à quibus Dei præsidio, & beneficio speciali liber existeret. Indulgentia erga feminam moritur multiplici morte. Ideo Maluenda legit: *Mori morieris:* quoniam ex morte animæ, qua defecit à Deo; originem duxit mors corporis, qua rumpitur unio.

Tertio delecta in & ultimò.

Mortuus pro mortalitate.

Symm. Arabic. Valle. Mag. Sent. Malucad.

14 De mortalitate & immortalitate Adami restat controversia, obiter, & leviter examinanda. De immortalitate Animæ hand ambigitur: siquidem ex natura sua, & non per Dei gratiam, licet non ex se, sed à Deo, immortalis est. De quo Pererius videris lib. 4. de Creation. homin. Disput. 4. quaest. 2. num. 119. Qualis fuerit illud temporis immortalitatis corporis statuetur. Augustinus lib. 1. de Nuptijs cap. 1. arbitratur, hand congruere Adamo mortalitatem ex parte materiæ, licet de terra terrenus: siquidem sicut materiæ celestis concessa fuit forma inamissibiliter absolute; ita Adamo collata conditionatè: & nequaquam specie differunt materia celestis, & sublanaris; quia per accedens advenit amissibilitas, & inamissibilitas formæ, pænes quas à Philosophis destinantur desferentia. Vide quæ diximus de materia & forma caelorum Exposit. lit. Tautol. 1. Fuscè.

Qualis immortalitatis corporis est uti parentis.

Primum, quippe si homo non delinqueret, inamissibiliter gauderet formâ; & postmodum à paradiso tolleretur ad caelestia. Illa ergo corporis materiæ poterat amittere, & non amittere formam. Absurdum est, quòd ipsa non solum specie, sed numero distingatur à seipsa; quòd quidem inferitur necessariò, ubi penes amissibilitatem, & inamissibilitatem speciei constituitur differentia. Deinde, quia plura sublanaria, præcipue metalla, ut observat Georgius Agricola de Re metall. & etiam Ruens de Gemm. est figuram, nunquam formam semel admittam amiserunt. Qualis erit status materiæ sublanaris post finem mundi; talem statu de materia corporis Adami, si non peccasset. Vide Fortunium Licetum de Lucernis Antiquor. lib. 4. cap. 27.

Materiæ sublanaris non distinguitur specie à Cælesti.

Agric. Ruens. Fort. Lic.

Unde sicut dicitur, quòd materiæ est ingenerabilis, & incorruptibilis, generabile, & corruptibile modo compositum, quoniam in materia exercentur dispositiones ad aliarum introductionem formarum: & materiæ celestis incorruptibilis, quia experta & incapax est peregrinarum impressionis; ita quia materiæ corporis Adami, vel corpus terrenum antequam Adami, sine peccato poterat non recipere peregrinas elementorum impressiones, poterat dici immort.

August. mortale, & incorruptibile. Proin. Augustinus in *Epist. ad Rom.* ait: *Iuxta Paulum corpus mortuum est propter peccatum. Dicitur ergo corpus mortuum propter peccatum, ne alia quis consideret, mori ex necessitate materia, quia de terra sumptum.* Eadem habet lib. de *Nuptijs*; ubi sup. & Cornel. Alapide in sic hic: *Augustinus dicit contra Pelagianos, quod dicitur hominem etiam ante lapsum moriturum, & mori ex natura necessitate.* Ex materia ergo (est sit corruptionis radix) sicut constat in celestibus corporibus, nequaquam oriebatur Adami mortalitas. Differentia utique est in eo, quod homini uti ornato libero arbitrio, relicta est electio mortalitatis, vel immortalitatis; corruptionis, vel incorruptionis; formæ amissibilitatis, vel inamissibilitatis: *Ut ipse sibi auctor esset ad vitam, cui ad mortem, ut astitit D. Thom. 1. p. quæst. 97. art. 1. in corp.* Mortuus est enim, homo, cum peccavit, quia recessit ab illo Deus, qui est vita animæ, quam noxam fecuta est mors corporis, discedente ab illo anima, quæ est corporis vita.

15 Mortalitas siquidem potest concipi absolute, & simpliciter, ita ut non solum necessitatem, sed etiam potentiam moriendi: ita ut sicut nunquam morietur, cui competit, sic æque nec mori quibet. Hac igitur acceptione, *Solus Deus habet immortalitatem*, ut inquit Paulus 1. *Timot. 6. 16.* Aliter sumi potest immortalitas, ut neget adum moriendi, non verò potentiam: ita ut immortale dicatur, quod non moritur, nec morietur, mori licet possit. Hoc enim sensu immortalis dici potest homo. Unde *Sapient. 2. 23.* astituit: *Deus creavit hominem inextinguibilem.*

Quam ob causam, dummodò actus denotetur, dicitur Primus homo mortalis: si autem potentia, immortalis. Conditionatè quidem loquitur Legislator: *In quocunque die comederis, morte morieris.* Immortalis igitur homo staret, si in iusticia originali persisteret. Mortuus enim non fuisset, quamvis mortalis fuisset: & illud hora poterat dici mortalis, & immortalis, non impotentia moriendi; sed potentia non moriendi. Sic namque est immortalis conditus, ut tamen si peccasset, & mori posset: & sic mortalis est conditus, ut si non peccaret, etiam non mori posset: atque ex merito liberij arbitrij beatorum illius regionis attingeret, in qua vel peccare, vel mori non posset. Hæc Gregorius Magn. lib. 4. *Moral. cap. 26.* Confule Doct. N. Lardium in lib. 1. Anselm. *Cur Deus homo?* cap. 18. § 22.

Audi ergo Augustinum præclare circa corporis mortalitatem, & incorruptionem Propriè differenciam, lib. 7. de *Genes. ad liter. cap. 20. & 21.* *Ipsa mors hominis (ait) quam peccando meruit, inaleat, eum non moriturum, si non peccasset: sed quomodo sine morte mortale? Quomodo etiam si corpus animale, non mortale? Corpus quidem mortuum est per peccatum: & sic non moreretur etiam corpore, si non peccasset. Non ait Apostolus corpus mortale propter peccatum, sed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale, & immortale; quia poterat mori, & non mori. Mortalis erat condicione corporis animalis, immortalis beneficio Conditoris. Non enim immortale, quod mori omnino non possit, erit nisi spiritale: (id est corpus gloriosum, quod dicitur corpus spiritale: *Incorruptibile ex parte forma vocat D. Thomas ubi sup.*) Ideo factum est per peccatum non mortale, quod erat; sed mortuum, quod non fieret, nisi peccasset. Animale est enim hoc corpus, & iam deterius: habet enim necessitatem moriendi. Aliud est autem non posse mori, aliud posse non mori. Hactenus, & ad rem S. Augustinus.*

16 Hæc igitur immortalitas erat vis quædam supernaturalis in Anima, iuxta D. Thomam, ubi sup. quam inficiatur Scotus in 2. *Distinct. 19.* & pro viribus defendit Caietanus in *Comm. D. Thom.* Meo iudicio, nimio ludore non eger, cum ibidem Angelic. Doct. seu n. sensum perspicue promat. *Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte cause efficientis: & hoc modo in statu innocentie homo fuit incorruptibilis, & immortalis.* Unde illa vis nihil aliud esset, quam protectio Dei. Sic enim in sic: *Non enim corpus eius erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem.* Et ad 3. *Vis illa præservandi corpus a corruptione, non erat anima humana naturalis, sed per donum gratie.* Conveniunt ergo propugnatores & impugnatores: igitur ex se non erat vis animæ corpus corruptibile, & passibile, servans, & perseverans a corruptione, quod asserit Scotus: sed supernaturalis a Deo, ut concedit, & astitit D. Thom. loc. cit. Quomodo exerecerat illud gratie donum, vide apud Pererium hic, lib. 5. de *Statu Innoc. Disp. de Quar. excellentia hominis*, quæst. 1. num. 142. Ab Auctore quidem recessit, qui conditus fuerat immortalis, & factus est prævaricatione mortalis, similis nobis passibilis.

17 His enim dilucidatis lucem accipient testimonia alia, materiæ præsentis Tautologia consona. *Caro dicitur mortalis 2. Cor. 4. Corpora mortalia, Rom. 8. In vestro mortali*

Alapide.
Mori, & vita in ar-
bitrio Ada-
mi.
D. Thom.
1. Thim.
Immortali-
tas Adami,
quæ ad actu
moriendi.
Sapient.
Et potentia
non morien-
di.
Gregor.
Mag.
Lard.
August.
Egregia
Augustini
sententia de
mortalitate
& in mor-
talitate Ada-
mi.
D. Thom.
Scotus.
Caietan.
D. Thom.
Immortali-
tas Adami
non erat na-
turalis.
Caro mor-
talis, quædã

corpore, etiam dixerat Paulus ibid. cap. 6. Quem stylym passim PP. & Expositores amplectuntur. Leonem Pap. *Homil. de Transfigurati.* Bernard. 2. sup. *Missus est.* Clement. Alexand. lib. 7. *Sermon.* Pererium, Sanctium, & Alapide consule. Ratio huius phrasæ subest ex eo quod à corpore, sive à carne provenit corruptio, in eis exerecerat passio, qua mors in facto, & in fieri. Quod quidem luculente discit Paulus ubi sup. 2. *Cor. 4. 16.* dicens: *Propter quod non desicimus, licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: id est Corpus, ut notat Anselm. de quo latè infra.*

Unde epitheton *Mortalis* homini congruit, ita ut tam apud Sacros, quam apud Profanos per *Mortalem*, hominem cuncti signanter intelligant, atque etiam quiddam de-
finiant. Ita 51. dicitur: *Timores ab homine mortali.* Sapient. 7. *Sum quidem & ego mor-
talis homo.* Ambrosius verò de *Noë & Arca*, cap. 4. *Homo (ait) definitur; Anima vivum,
rationale, mortale.* August. sæpe in libris de *Civit. Dei*, & *Serm. 10. de Verb. Domin. Ho-
mines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes.* Ita lib. 8. *Confess.* cap. 11. D. Thom. 1. p. q. 97. art. 1. & Mellif. Doct. de *Consid. ad Eugen.* lib. 2. cap. 4. Ethnici crebrò, Heilòus in *Theogonia.*

In terra hominum custodes mortalium Angeli.
Ovid. lib. 7. *Metam. Fabul. 20.*
Veteres mortalia primo
Corpora vulgarent pluvialibus edita fungis.
Mortalia corpora, id est, humana, vel homines, ut signatius Plautus in *Pseud. Scen. 8. Act. 4. vers. 6.*

Nimis illic mortalis doctus, nimis versutus.
Nimirum Homo. Satis ergo Longum est, quod producit pluribus sententijs ultra quàm expedit. Si plura in propositum desiderantur usque ad satietatem invenies in Corn. Tacito, tum in *Agricol. cap. 11.* cum *Histor. lib. 1. cap. 55. lib. 2. cap. 20. lib. 5. cap. 5. ac deni-
que Annal. lib. 1. cap. 79. & lib. 4. cap. 68.* Cicero. *Orat. 7. in Vetr. Plin. lib. 12. cap. 17.*
& Anl. Gell. lib. 13. *Noct. Attic. cap. 27.* Huiusmodi loquendi causa traditur ab Au-
gustino. lib. 13. de *Civit. Dei*, cap. 11. Ita enim ludit de verbo *Mortuus*, cuius nomini
nemo illud; neque elusit. *Illud autem quasi declinaretur, quod declinari non potest, pro par-
ticipio præteriti ponitur nomen. Convenienter itaque factum est; ut quemadmodum
id quod significat, non potest agendo, ita ipsum verbum declinari (id est, vitari) loquendo
non possit.*

18 Ethnici ergo secundis fruente, seipfos somniabant immortales à Dijs fari, & ortis
ut patet in Alexandro Magno (cuius arrogantiam in infaniam usque ridet etiam Seneca,
lib. 1. de *Benef. cap. 13.* Anl. Gell. lib. 13. cap. 4. Ælian. *Var. histor. lib. 2. cap. 19.* &
Plutarch. in *Alexand.*) atque in Antiocho, quem fugillat Sacra pagina 2. *Machab. 9.* Nes-
ciebant Genes homines esse: quapropter est reuente Minerva, serò suo malo profite-
bantur. Alexander dicens faucis: *Iurant me Iovis esse filium, sed vulnus hoc, hominem esse
me clamat.* Vide Licothen. & Erasmus in *Apophthegm.* & Antiochus, uti profertur 2. *Ma-
chab. 9. v. 12.* *Iustum esse subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* Ne alij se-
quentes arrogant infaniam, neutiquam respicientiam, tumidi indignis hominum ado-
rationibus, attoniti furiis luminibus, alogi Divinitatis malicia, morologij sublimitatis
mania, arbitrarerent elevatum iri, ubi reliqui ex cordes præcipites cecidere: ille qui omnia,
quæ desideraverunt oculi haud abnuat eis, nec prohibuit cor suum, quin omni voluptate
fruerentur, exclamat dicens: *Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex ge-
nere terreni illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro. Nemo enim
ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, & si-
milis exitus.* Erudimini.

Publica conditio mortalis.
Canit. Ovid. lib. 13. *Metamorph.* Compaginantur corpuscula ex carne, & ossibus per se-
minis propagationem, habentque homines quantumlibet fortunati, similem finem; nec
alium, quàm *Ego* (Vox emphatica) qui sui Rex: nec aliter, quàm qui prior terrenus for-
matus est, à quo in omnes homines mors pertranstij.

O hominum fallacia vota caducum!
19 Immortalitas & impassibilitas insignia Deorum, sicut hominum gnomon contra-
ria omnino. Sæpe Gentilium adiuratio per Deos *Immortales*. Sinon apud Virgilium lib.
2. *Æneid. v. 154.*

Vox æterni ignes, & non violabile vestrum
Tesor Numeri.

4. Cor. 4
11.
Rom. 6. 12
& 8. 11.
Mortali id
est bono.
Maj. 51. 12
Sup. 7. 1.
Ambros.
August.
D. Thom.
Bernard.
Hesiod
Ovid.
Plaut.
Mori inde-
clinabili.
August.
Homines in
fati scilicet
tali alic,
se putabant
immortales
Lycoll.
Erasm.
2. Mach.
Sup. 7. 21.
Æqualis
omnibus or-
tu, & in-
teritius.
Ovid.
Faust.
Andrici
Virg.
Sive

Sive pro ararum ignibus, sive pro fideribus. Secus verò Phœbus Phœthonti, Ovid. lib. 24. Metam. Fabul. 1.

Sors tua mortalis: non est mortale, quod optas.

Homines autem doctibus animi, aut corporis, eventoque aliquo fortunatos, mors erat dicitur vinitis honoribus profecti; ut patet Abhor. 14. 14. & ambigere, an homines essent? Sic miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Levitas ad Ioannem, ut interrogarent: Quis esset? Licet missus à Deo, fuit homo. De Iobò dicitur, cap. 1. v. 1. Vir erat: ubi Origines. Homo erat: non Angelus, uti Hebræi Eliam, Malachiam, Aggæum, & Ioannem Baptistam Angelos incarnatos Itolide arbitrati sunt. Vide Sanctium in Erologom. ad Malach. Corn. Alapid. & Lorin. in Epist. Iacobi, cap. 5. 17. & Epiphanium de Vit. Propetar. Illis videbatur uti radioribus litera occidente, tot mira puris hominibus repugnare: ideo de Ioanne dixerunt, Matth. 11. 18. Daemonium habet. Idem, præ excellentem spiritalem Intelligentiam: de qua acceptione, Deo bono, Nos Tom. 4. Tautolog. 5. Interibi vide N. Doctif. Emman. Navaro in Erologomen. ad materiam de Angelis (quod quidem dum hæc prælo mandarem, ad manus pervenit) in quo plura ingeniosa, florida, amœna, & scitu digna, tanquam à Palæophilò compta, gratulabundus invenies. Sed quid de Sententia Ethnicorum circa excellentiam Angelorum, dicemus loco cit. Idem quod de Ioanne, de Christo Assertore, sape, Ioann. 7. v. 20. & 8. v. 48. 52. quasi non humana, sed peregrina Angelicâ naturâ præditi essent: vel si homines essent; corpus dixerunt, & animas verò iam facti functionum (errores Platonis, & Pythagoræ foventes) præclariorum obtinuisse. Ita autem nungantes, animam Adami fuisse in Apostolo Paulo; uti refert D. Thom. in Epist. 1. ad Tim. cap. 1. 13. Animam zelotem Eliæ in Phinees, filij Eleazari Pontificis: quarum ineptiarum à Cornelio Alapide in Comm. super Epist. Iacobi cap. 5. v. 17. N. Petrus Damianus Epist. 11. ad Nicolaum Pontif. signatur hyperaspistes. Verum & perperam. Legi & sedulo Epistolam; quæ quidem non ad Nicolaum, sed ad Adrianum II. Pap. etiam Epistolas 6. 7. 8. 9. & 10. quæ conficitur totum Opusculum XX. Tertij tomæ ad Nicol. II. Pontif. Summum (artenuati sunt oculi mei suspicientes) nec verbum inveni: forte utique, quia exploravi ocularijs reverentiæ. Miror profectò in gravissimo Auctore, & aliis paricissimo iudice, si unquam alius, quem propter insignem sapientiam, multi iugamque in compilatione eruditionem merito veneror, & libenter lustro, inusitatam, levissimamque notæ protophymiam.

20. Verum ad rem. Antiquiores, homines insignes non homines opinabantur. Quasi extotica quædam à natura spectabant prodigia, ex quo primordia sumpsit idololatria. Vide Antonium à Matre Dei, Prælod. 1. Dub. 13. Digress. 5. num. 258. Quapropter ut ad meliora etiam in ipsa natura homines imbecilles proveherentur, & gratiâ Dei perfectiora, & non impossibilia, facinora egregia arbitrentur; Iacobus Apollolus dicit: Elias homo erat, similis nobis passibilis. Hoc est non alterius naturæ, sed humanæ. Paulus & Barnabas insigniti Lystris titulo Mercurij, & Iovis, propter collatam claudo pedem soliditatem; simulac viderunt Simulachri Sacerdotem cum populo, & vicimis redimis sacrificaturientem, magna voce dixerunt: Et nos mortales sumus, similes vobis homines. Quid quòd in nobis, & per nos Omnipotens nra faciat? Habent homines thesauros gratiarum in vasis fideilibus; ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Elias homo erat, & nos mortales sumus: atque singularia patramus; ut visò à vobis opere, vita lesu manifestetur in carne vestra mortali.

21. Mortalitem passio, passiones verò sequitur mors: Ex quo enim (ait Augustinus lib. 13. de Civitat. Dei, cap. 10. (quisque in isto corpore mortituro esse caperit, nunquam in eo non agitur, ut mors veniat: hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore vitæ huius. Et Seneca de Consolat. ad Martiam, cap. 10. Inter vitam, & mortem morbis detinermur. Morbis, idest, passionibus crebris, qua conditione nascimur. Audi Lucretium, lib. 5. v. 223. Tum porrò puer, & sevis proiectus ab undis Navita, nudus huini iacet infans, indiguus omnî Vitali, auxilio, cum primum in luminis oras Nixibus ex alvo matris natura profudit, Vagiturque locum lugubri complet; ut æquum est, Cui tantum in visis restet transire malorum.

Ideo dicuntur Corpora mortalia, & Caro mortalis; quia causa sensibilis passionis est à carne, & in carne; à corpore, & in corpore; licet sensatio sensitiva animæ operâ fiat, Cui-

Excelsitas Sapiens, quæd fuisse homo. Origina. Olim homines in signis fuisse homines rati. Navar.

Anima Adami non fuit in Paulo. D. Thom. Impositura in S. Petri Damiani re. funditur.

Iacob 5. 27.

Act. 14. 14.

Augustin.

Senec.

Miseria hominum à conceptu.

Lucret.

Corpus mortale quid?

Cuncta ergo amplectitur Apostolus, dicens: Reconciliavit in corpore carnis eius per mortem. Corpore carnis, per Hypallagum hoc est, In carne corporis: sicut Thren. 1. 13. Mist ignem in osibus meis. Idem, ossa mea in ignem. Frequens schemata apud Hebræos: igitur ubi Iudic. 1. v. 8. Tradentes civitatem incendio civitatem. Hebr. Civitatem miserunt in ignem. Vel etiam In corpore carnis, intellige In corpore carnis, & passibili, vero, & proprio: hoc contra Simonem Magum, Cerdonem, & Manicheos, asserentes Christum phantasma esse, habuisseque corpus phantasticum, neque natum ex femina, neque tenuisse carnem, neque mortuum, neque quicquam passum; sed simulasse passionem. Et iam contra Priscillianum, & Valentinum, qui dixerunt Christum habuisse corpus celeste. Denique contra Basilidem negantem Christum crucifixum fuisse, sed Simonem Cyrenæum (Præclarum ratiocinium!) pro illo subrogatum: qui quidem angariatus sustulit crucem. De his agunt Euseb. lib. 4. Histor. Eccles. cap. 8. Leo Pap. Epist. 93. Augustin. de Hæres. cap. 21. Ireneus lib. 1. advers. Hæres. cap. 28. & lib. 3. cap. 4. ac Isidor. lib. 8. Ety-mol. cap. 5.

22. In huiusmodi deliramenta invehitur vertex Apostolatus Petrus 1. Epist. 4. 1. dicens: Christo igitur passio in carne: quia qui passus est carne desijt à peccatis. In carne passio dicit, ut passio demonstraret veram carnem. Vel quia Christus duntaxat passus est, quantum vixit hac vitâ mortali, non verò dum è vita, vel è carne migravit, sicut amens delirat Calvinus, & affectatores eius, oggannientes, Christum post mortem tormenta damnatorum, ac dolores inferni sustinuisse. Videris Suarez in 3. part. D. Thom. Diss. 33. sect. 1. & 2. & Bellarm. lib. de Christo, cap. 8. Ideo Petrus iterat: Quia qui passus est carne, desijt à peccatis, hoc est à peccatorum pœnis; quæ, peccata in Scriptura fape vocantur, ut liquet pluribus in locis, maxime 2. Cor. 5. 21. ubi, Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Idem, pertulit penam peccati, scilicet mortem: quod totum ad Romanos, cap. 6. 10. Gentium Doctor clausit. Quod enim (ait) mortuus est peccato (idest corpore) mortuus est semel. Post mortem igitur Christus non est passus. Iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur.

23. Vel tertio intellige per ly In carne synecdochicè totum hominem: uti accipitur Ioann. 1. v. 14. Verbum caro factum est: nimirum, homo constans ex carne, & ossibus (ex queis corpus) & anima. Unde sensus erit periodi totius, Christus tantum passus est in natura humana, qui quidem etiam habebat aliam naturam immortalem, & impassibilem, nempe divinam; ratione cuius pati nequibat, & in qua nullo modo passus, siquidem passionis incapax est. Ni hoc intenderet Petrus, sufficiebat dici, Passio: & subditur, Carne, ad exclusionem passionum in Divinitate. Non enim accedit ad Deum malum, & flagellum non appropinquat tabernaculo eius. Aptè ergo, & opportunè Fulgentius, lib. 3. ad Trasimum, cap. 9. Si Petrus sciret Christi divinitatem fuisse passibilem; sufferisset, ut diceret: Christo igitur passio, nec addidisset in carne: sed quoniam noverat in uno, eodemque Christo & passibilem ante mortem fuisse naturam, & impassibilem semper divinam manere substantiam; propterea Christum fatetur passum in carne, cuius divinitatem noverat prorsum impassibilem permanere. Quo sensu enucleatur meos Athanasij, Serm. 4. contra Arrian. de Christo dicens: Qui passus est, & qui non est passus. Vide Augustinum de Agone Christi, cap. 23. Theodor. Dialog. 3. Euseb. de Demonstrat. lib. 4. cap. 13. & Ioann. Damasc. lib. 3. de Fide, cap. 26. Umbra claret in passerculo sanguine picturato, & vivo dimisso, Levitic. 14. pro homine leproso mandato, aut omainò mundando. Mortuus est igitur Christus in carne, in qua passus est; quia habebat corpus mortale, quod in resurrectione vivificabit, sicut vivificabit & nostra: uti dicit Paulus ubi supr. Nescitis à mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Apollite. Mortalia corpora, ut noveret corporum differentia. Mortalia modò, Immortalia post resurrectionem, Mortua per originale peccatum ante resurrectionem.

24. Patet enim quo sensu exponendum illud Pauli ad Colof. 2. 1. Quicumque non viderunt faciem meam in carne. Facies plerumque accipitur pro persona, cuius est facies. Diximus iam Tautolog. præcedent. num. 18. E. L. & alibi dicemus. Qui non viderunt &c. idest, non noverunt faciem meam, siquidem per faciem unumquicumque cognoscitur: verum enim me viderunt, & cognoverunt faciem spiritus. Secundum interiorem hominem dico. Licet is (ait ubi supr.) qui foris est, noster homo corruptus, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem. Alius est homo, cuius gaudet cognitione, licet non viderint faciem meam in carne. Duplex significatur hominis facies, interior, & exterior: inquit Hieronymus in Psalm. 86. Eadem Chrysostomus Homil. 23. in Ge-

Colof. 1. 22.

Corpus carnis, idest, caro corporis, vel corpus carnis.

1 Pet. 4. 1. Cur Christus dicitur passus carne? Peccatum pro pena peccati. 2. Cor. Rom.

Caro idest homo.

Fulgent.

Athanas. Quomodo Christus passus est, & non est passus? Rom. 8 11.

Colof. 2. 1. Facies pro illo, cuius est facies. 2. Cor. Duplex homo in homine. Hieron. Chrysost.

Pfal. 86. 5.

Genes. Quapropter interdum in Scriptura dicitur: Homo & homo. Psalm. 86. 5. & Ezechiel. 14. 4. quippe est homo interior & exterior, physicus & moralis. Licet huiusmodi geminationes delicenter & apte per Epizeusim, vel per Merismum, ut dixi in Prolog. Galeat. 5. 4. nom. 3. 7.

Plato.

In homine est duplex homo. Haudquaquam quoniam duas formas habet, ut profert Plat. in Phaedro; sed quia materialis & spiritalis est. Unde dicitur Biforme animal. Qua causa? diximus Tautolog. 4. in Exposit. liter. num. 44. & dicam. Tautolog. 6. num. 17. & 22.

Homo biformis animi mal.

Vide plura ratiocinia in hoc lyntagma apud Stoicos. Epictet. Dissert. lib. 1. Seneca passim: icetero Cicero lib. 1. Tuscul. Quae st. Te nosce, (inquit) nec hoc corpori tuo dico. Nosce te, hoc dicit, Nosce animum tuum: nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum.

Cicero. Rom.

Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur a te. Homo exterior moraliter, est homo obediens carnis illecebris; & interior, subditus legi rationis. Proin Paulus ad Rom. 7. v. 23.

Interioris & exterioris hominis descriptio.

Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Physice, seu naturaliter homo exterior est homo corporalis, viibilis, tangibilis, passibilis: interior autem, anima forma hominis, mente inviibilis constans. Brevius: Homo interior est ratio, exterior sensus. Alapide ad sub. liter duplicem hominem definitem signato eudum testimonio ad Rom. & ad Epist. cap. 3. v. 16. Caetan. cum Augustin. lib. 8. Confes. maxime cap. 11. De quo intento Myllicii crebro.

Colof. 3. 5.

25. Hominem quidem interiorum alludens Paulus ad Colof. 3. ait: Mortificate membra vestra, quae sunt super terram. Id est, quandiu vixeritis, mortificate vos: ita ut in militia carnis & spiritus, iacet caro, ne sit in arma iniquitatis, sed meditanter conteratur, quasi Satanas, sub pedibus vestris velociter. Ne ergo his rebel. libus passionibus, & affectibus deris locum maligno. Membra nostra (dicit N. Vener. Beda in Comm. in Luc. cap. 5.) sunt quaedam opera, quae improbat. Ut de Apollonio illicet iure: Fornicationem, imunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, avaritiam, quae est simulachrorum servitus. Quae quidem dicuntur opera carnis. Quomodo autem dicantur Membra? dicemus praese.

V. Bed.

Membra vestra, scilicet, concupiscentiam, quae residet in membris vestris: vel affectus pravos, citrae concupiscentiae motus, qui sunt membra veteris hominis, quem illos iube expoliari. Sane si mortificanda sunt membra, erunt super terram, quippe non mortua. Quid igitur intendit Paulus addens: Quae sunt super terram: quod supra dixi: q. d. Quandiu vixeritis, tota vita; quoniam ad mortem utque igniculus vivit. Vita in Scriptura hac voce exprimitur, sicut contraria mors. Ita dicitur Genes. 42. 32. Unus non est super. Id est, mortuus est.

Cur carnis opera, homini dicantur membra?

Genes.

26. Modò ad alia testimonia. Homo exterior, seu corpus in homine moritur, vel externè, vel internè. Interna dicitur mors naturalis. Externa, quae violenter infertur: quae quia varijs modis usuvenit, multifariam in Scriptura signatur. Modi etiam loquendi extricandi sunt, ut lector in caespite Tautologiarum haud lubricet. Plerumque Interficere sumitur pro Sanciare, seu vulnerare. Interficite usque ad interuentionem, quae ed Ezech. 9. id est, Percutite. Viri coram interficiantur morte. Jerem. 18. id est, multis plagis vulneratur usque ad animae agonem, & non aliter expleant mortalitatem. Morientes non vivant. Hai. 26. Hoc est, vulnerati non vivant. Sic illud Apoc. 2. Filios eius interficiam in morte: Nimirum, vulnerabo in mortem. Ita legunt Bibl. Antiq. & Haye: hic in Maxim. Ad Interpreibus illiusmodi stylus interdum utitur. Maluenda ad praetam Iereimae testimonium, Interficantur morte; legit. Percussit in occisione. Et Chald. In manus occidentium gladio. Profani etiam utuntur geminatione, haud in aliam significationem. Romanos quotiescumque possidueritis diebus arma capefferent, occisione occisos esse: ait Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16. Eadem Iustinus lib. 2. & 22. Occisione occisos: scilicet, vehementer vulneratos, ad occisionem usque.

Interfici, pro vulnerari. Ezech. 9. 6. Jerem. 18. 21. Hai. 26. 14. Apoc. 2. 11.

Mori pro vulnerare legitur. Macrob. Iustin.

Pfal. 103. 29. 35.

27. Minime agrotantium morte moriuntur: sed Deficient peccatores a terra, & iniqui, ita ut non sint: igitur non dimidiabunt dies suos, quin etiam plagà magna complebunt interfici, & cadavera eca erunt volatilibus caeli. Auferet Deus spiritum eorum, & deficiet. Per Hilleon. proteron. Id est, deficient, quia auerit spiritum eorum. De quo Nos laic. Tom. 2. Tautol. 2. & 9. Deficient, vel fame, vel gladio, vel veneno: uti dicitur Epist. 6. v. 8. Haudquaquam deficient moriuntur, sicut Iusti: Genes. 25. 8. sed deficient morientes repetit animà, & arrepto spiritu, quandoquidem non habebunt plenitudinem dierum. Ita quidem morbus lethalis vocatur mors 4. Reg. 20. v. 1. Agrotavit (dicitur) Ezechias usque ad mortem. Haye hic, & Hai. 38. v. 1. Mortuus est. Aprie, quia brevi moriturus. Apud Nos pertritus etiam modus loquendi: de moribundo dicimus: Tu es iam mortuus, ya esia be-

Mortuus dicitur moribundus. 4. Reg. 20. 8.

cho

cho terra, ya esia cadaver. Unde quia morbus lethalis erat ex se, dicitur illi: Morieris tu, & non vivis. Iteratum interdum in Scriptura, ita ut idem valeat, ac Morte morieris: reverà, sanequam, vel profecto morieris. Infirmitas utriusque ad mortem est. Allipulatur lectio Benedicti Ar. Mont. Agrotavit ad moriendum. Et Chald. Non vivos ex morbo tuo. Per epitaphum inculcatur geminatio, ut eventus firmiter denotetur. Ut Thren. 4. Appropinquavit finis noster: compleri sunt dies nostri, quia venit finis noster. Id est, certe finemur. Sic Galp. Sanctus hic. Pallogice ergo etiam apud Profanos finis inevitabilis exaggeratur eiusdem geminatione vocis, vel æquipollentis. Virgil. lib. 3. Aeneid. v. 554.

Ar. Mon. Chald. Thren. 4. 18.

Haec finis Priami fatorum.

Virgil.

Et Petrus Satyr. 1. v. 62.

Sed finem, extremumque esse recuso.

Buge tuum, & velle.

Perf.

Ubi Theodorus Marcellus: Stoicè multinominum, sive multis nominibus in signe facit Telos, (Greece) id est finem. Unde Cato lib. 3. de Finib. dixit Sentis enim credo, me iam diu, quod Telos Graecus dicit, id dicere tua extremum, tum ultimum, tum summum. In sensu tropologico, vel mystico commodior testimoniorum expositio, videnda seq. Didascalij. Haec in literali modo placet. Artamen & placide audiam, si forte quid aptius exir.

Theod. Marc. Cato.

28. Morte morieris: Ita cum Vulgara legunt Chaldaea, & Tigurina. Ex Patribus Augustinus, Ambrosius, Procopius, & alij. Morte moriemini (siquidem Evæ etiam interdum lignum) Septuag. Anaita. Sinaita, Basilus & Chryostom. Moriendo morieris, Arias Montan. Caiet. & Lipoman. Mortalis eris. Simmach. & Hieronym. Mori morieris, Maluend. Mereberis mori, Arabie. Moriens morieris, Lyra. Eris reus mortis, Rab. Iouathas. Ergo ad Tropologiam, ut mori dicamus.

Varietas lectionis.

ADINATON EXEGETICUM

Epilog. Anacuf.

- 1. Morte morieris, quia nescies quando.
- 2. Morte morieris. Mors mortis iudicium est ignorabis & quale.
- 3. Morte morieris, quippe peccabis.
- 4. Morte morieris. Proh dolor! Et in vita, quod durus.
- 5. Morte morieris, si in morte morieris.
- 6. Morte morieris; quoniam miserime viues.
- 7. Morte morieris; & vivificaberis morte.
- 8. Morte morieris, qui vivere poteris immortalis.
- 9. Morte morieris in vita, siquidem exul à patria.
- 10. Morte morieris & morieris sine morte.
- 11. Morte morieris. Felix culpa! Instrumento quo morieris, vitam invenies.
- 12. Morte morieris: aliquando mors vitalis.
- 13. Morte morieris. Verum erit mors mot mortis.
- 14. Morieris mori. Moricis proculdubio, ni moriaris.
- 15. Morieris mori, quia ad penam, alij morientes morientur ad vitam.
- 16. Morieris mori. Morieris homo: at vel in morte nequaquam morietur Virgo.
- 17. Morieris mori. Hiem! Morieris homo. Papa! Resorebit caro.
- 18. Mortalis eris, patiens: verum patieris, quasi non patiaris.
- 19. Mortalis eris: At passione videberis immortalis.
- 20. Mortalis eris, corpore: sed gloria mortis apparebit in carne.
- 21. Mereberis mori. Non morieris, quia mereberis: ceterum gravius non moriendo morieris.
- 22. Mereberis mori. Confitere, ne moriaris.

DIDASCALIA PRIMA.

Maximum vivendi impedimentum est expectatio.

Senece.

Psal. 54. 5.

Urea Senecæ sententia, cap. 1. de Brevo. vita. Hanc, quam timemus mortem, extremam esse, non solum. Ante mortem igitur multoties amittimus vitam. Formido mortis cecidit super me, dixit Plalmographus conturbatus in exercitatione Tom. I. Taut.

sua, & afflictus intime dolorum gravissimè penà. Lewis utique videtur cauta timoris, & tremoris, ex cogitatione formidinis. Formido oritur ex morte, non ex imagine. Ita quidem: & nequaquam David timet mortem, sed formidinem; quippe plus aggrava